


Cl
2680



VER POETICUM,
T H O M Æ
K E M P F E R I
Baudéi.

J. C. S.

l. 3. Epidorum, p. 173.

*Quid vulgus iners sentiat, occinatq; de re:
Pax. Bulla tumens futilis, & rippula rumor.*

HALÆ-SAXONUM,
Typis Christophori Bismarci, sum-
ptibus fraternis.

Anno M. DC. XVII.

Venerabili seni Domini

EMOHT

LIBER DE SE IPSO

Ad

JUVENTUTEM.

Ver sum : mature, puer, hic ne messis aristas,
Nec à Auctumnales, quere Maronis opes
Sat mihi, floridulis incedere posse capillis,
Sat, spem venturae proderet messis, erit.



1925 K 4437

1925 K 4437

1925 K 4437



Illustrissimo, ac Potentissimo Prin-
cipi, ac Domino,

Dn. JOHANNI GEORGIO,
Duci Saxoniae, Juliae, Cliviae,
Montium, &c.

SERENISSIME, ac Celsissime
Electoꝝ; quod fit veris tem-
pore, quo nõ fructum ipsum,
sed spem saltem illius, quasi in pictu-
rà annus ostendit; quo non maturita-
tem; sed florem, & primulam rerum
viriditatem terra effundit; quo sege-
tum non adultam flavedinem, sed te-
nellam floriditatem. Natura parturit.
Idem, Sereniss. Electoꝝ, de verculo, sic
in Casin: Plaut. hoc Poëtico T. C. di-
cato dico. Neq; enim est, ut hic uberta-
tem divinae Aeneidos, aut foecundita-

A 2

tem

EPISTOLA

tem Venusinam, aut messes Propertij,
 aut Mellificium Melissi, aut Vindemi-
 am Caesaris, quos in Autumno Poëti-
 co constitutos, quod est perfectissimos
 Poëtarum fuisse accepimus; hic quis
 velit sibi pollicitari. Non inquam est.
 E. vere sum, puta, nascentis demum,
 herbescentisq; poëseos: Nec eò amentis
 dementia, ni potius Φιλαυτίας, & arro-
 gantia deveni, ut emendicatis plebe-
 cula insulsissima iudicijs, & plaustris
 laudem peregrinarum coacervatis,
 quo à repullulascete notho-poëtican-
 tium, nec juventuti, sed sibi, suisq; lo-
 culis in rem scribentium faturà fieri
 video, id quod esse nec ingenio possim,
 nec arrogare iniquè mihi debeam, esse
 tamen & vellem & audacter mihi su-
 merem. O Persi! Quo non habeant
 locum illa hodiè tua, stomachantis in
 La-

DEDICATORIA.

*Labeones! Hic aliquis rancidulum
quiddam balbâ denare locutus*

*Phyllidas, Hypsipylas vatum & plorabile
si quid*

*Eliquat, & tenero supplâtat verba palato.
Assensere viri. & alibi, Euge Poëta!*

— — Bellum hoc hoc bellum! &c.

*Adeò (dolor!) pauci sunt, quos verus
amavit Cynthius, & sanctis Helicon
potaverit undis! Et clamat vulgus,
sunt hæc fecunda vatum tempora:
vatum herculè, ut muscarum, cum ca-
letur maximè. Si enim ad perfectum
numerisq; omnibus absolutissimū Pœ-
tam necessario omnia ea pertinent, quæ
vir exactissimæ censuræ, & solidissim
judicij, Scaliger in aureis illis ad Syl-
vium libris, & alibi requirit; quotus,
quæso, quisq; erit, è nostris hoc censen-
dus Nomine, cum pleriq; non quid scri-
bant,*

EPISTOLA

bant, dummodò nil gratis ovomant,
 attendunt. Unde tot cantilena, & mu-
 liebria figmenta, tot compilationes,
 exsugillationes, scommata, & quic-
 quid præterea chartarum est, nec ad
 veterum imitationem, nec Juven tu-
 tis erudienda gratiam, nec delectatio-
 nem solidam: ad moram verò otij cum
 Schæniculis, ut ita dicam, exigendi vo-
 luptatem vel ad unicum questum, qui
 sanè multis est uberrimus, accommo-
 datarum! Hinc illa muscarũ, fucorum,
 tenebrionũ, & Vespertilionum exami-
 na! Absq; enim preciosa sit, ne centesi-
 mũ queng, Attalicis ad scribendũ con-
 ditionibus permovere queas. Scio, quid
 mussabit secum quid regeret livor?
 Unus hic è cælo lapsus poëticè sapit:
 Unus poëtarum Obsequenti Fortune
 invidet. Nihil minus! Utinam verò

ista

DEDICATORIA.

ista usq; adeò obsequeretur poëtis, nec
indignis immeritas opes recluderet?
nunquam certè in eum, quo contem-
ptissima jaces, locum & statum reda-
ta esses poëtica. Olim, sed dolor! o-
lim, Regina eras, hodiè ancilla: Anti-
quissima olim Philosophia, insania ho-
diè: Natura olim altera, DEUS alter;
nunc extrema vulgo stultitia: olim, qui
agresti, atq; aspero supercilio bruti ho-
mines te damnarunt, ne in hominum
quidem censu sunt repositi: Nunc ipsis
odio sapientibus: crimini, probro, de-
decori, vituperio tui Cultoribus. Olim
regum delicia eratis Poëta: hodiè mundi
mendicabula. Quos Plato ἐπιπυλάσας &
ἀνοήτας nuncupavit: hispidus hodiè, &
morosus Græculus, nescio quâ Pla-
tonicâ auctoritate è Republicâ, mox
mundo, tanquam Carcinomata, & pe-

ΕΠΙΣΤΟΛΑ

*stes Juventutis exterminabit. An
 hac Invidia? an Hemesicum ago? At
 qui dicit alterum, frivolū de me men-
 dacium: dicit tamen nil se indignum.
 Quid enim aliud faxit germanus dia-
 boli Nepos Calumniator? è vere pro-
 deo, & vix florem, me iudice, prodo;
 tantum ab est, ut adultam maturita-
 tem sibi arroget, ut etiam se infra her-
 bas Musa demittat: Nec si, ut est an-
 tiquum, εἰαε, πάντα κούδ, πάντ' εἰαε & ἀδεα
 βλασεῖ, de meo hoc ausim somniare.
 Animum tamen ad Germanam vete-
 rum poësin nō hōno. Germanam ver-
 sificationem aspirandi esse mihi, nullus
 diffiteor. Quod si DEUS Opt. max.
 votis meis ferventissimis eventu se-
 cundiore annuerit, quod est, si Spiri-
 tum, ingenium, v̄enam cœlesti benedi-
 ctionis suarore beârit; si menti corpo-*

rig₃

DEDICATORIA.

riq̄ sanitatem tutatus erit, si T.C. vitam diurnam, patriæq̄ huic ipsi incolumitatem, & salutes æternam, efficiam, ut nisi veteres adæquasse, quod divinis nostro seculo, & paucis datum ingenijs; illorum aut vestigijs insitisse, aut saltē insistere voluisse dicar. Ideoq̄ hoc quicquid est καταρχμάτων, vel potiùs μεγαραμάτων, vel etiam εἰρηνῶν juvenilium emitto, ut politioris literature Professoribus, & omnibus ijs, qui sunt amœnioris hujus studij amore incensi, innotescat, me eandem deperire Divam, & nihil in votis habere magis, quàm ut tandem à jugo & servitio tyrannidos Neosophisticæ, & plusquàm Decumanæ asserta, pristino antiquæ libertatis auro restituatur. Tuæ verò Celsitudini, & ut devotè mentis, servitijq̄ paratissimi erga Nutricium,

A S

&

EPIST. DEDICATORIA.

Et Patrem Patriæ πατρίεμον extet: Et,
ut praesidium aliquod adversus liven-
tes Bestias praesto sit, hoc opusculum
dedicatum, Et sacratum volo: submis-
sâ animi sollicitatione, ut Athletarum,
qui haectenus fuisti, deinceps etiam
Pater, Et unicus post DEUM Ἀλεξίμαχος,
Electo Serenissime, adversus omnes
clancularias exitium nomini huic in-
viso machinantis Calumniae, Et Invi-
diae strophas esse, Et perennare velis.
Sic benedicat Rute Saxonica DEUS.
Lipsia.

V. Celsit.

Humilimus Alumnus

Th. Kempf.

V A.

VALENTINI HARTUNGI
Doctōris & Poëtæ Celeberrimi,
Epigramma.

Non ego morosus, neq; miso poëta: sed addo
Calcar, & assimilem suadeo inire viam.
Perge Novensilium Tiro gladiator in armis,
Nec leve certamen, ceu facis, acer adi:
Barbaries muros habet, electamq; poësin
Odit, & ad gelidas cogit abire plagas.
Tu tuus esto; tuum quit Scaliger unus ad un-
Cote sat ingenium perpolijisse suâ. (quem,
O imitatorum servum pecus, & damnatum
Remis perpetuis nobile mancipium!
Quisq; suo genio ducatur, & arte ministrâ
Excitet ingenitos indolis igniculos,
Sollicitetq; DEUM: quo Flaminis aura sacrati
Fomitē inexhaustæ venæ animare velit,

Hoc fuit in votis quondam, sic cernere
alumnū

Tendentē ad Lauri premia posse meū!
Perge in amore Dea, cui teq; tuumq; sacraſti
ingenium, genio præſtò erit illa suo:

Palla-

*Palladis & culta certamen nobile certa,
Quod caput è lauri fronde virente tegat.
Hinc magni surgent optata laudis honores
Tàm tibi, quàm stirpi, suavis amice, tua*

JOHANNES BECHMAN-
NUS Illust. Scholę Elect. Sax.
Misenæ ad Albim Rector &
& Prof.

KEMPFERE, ipsa meę de te præfagia
mentis

Ominis, indiciũ commodioris habēt.
Si VER Id in viridi scripsisti flore juvete,
Quanta senescenti tempore scripta
(dabis?)

Eucharis Rycander.
P. N. L.

Con-

Continentur in hoc opusculo.

ODARUM Liber unus.

SOLATIA sive Epigrammata.

ATHLETÆ.

LACRYMÆ.

Constitutio in hoc episcopo.

ODARUM LIBERUM.

SOEATAIVEPigitur.

ATHET.

LACRYME.

THOMÆ KEMPFERÏ
ODARUM

Liber unus.

I.

CHRISTIAN. II. Elect. Macarit:

&

JOHANNI GEORGIO Elect. Sax.

FF. Εὐχαριστικόν.

O Dive, cœli culmine Christianas
Recepte, sidus fulgure purpurans
Vivace, nuncquam desistura
Lampados irradiare terras.
Vos & GEORGI, Romulei decus,
Atlasq; regni, Saxonidum pater;
Vindex Lutheri purioris,
Bracteolâ rationis, auro
Scholis asylum, & Mamma gementibus
Ecclesiarum reliquijs Caco
doxon, Jesum confiteri,
Ore-cruore suum parâtis,
Adversus omnem Tartarei globum
Neronis, etsi classica personent,
Edicat infernis maniplis
Omnibus Induperator Orci.

Qua

Quae vis canendi, quae gravitas stili,
 Vos, principum flos, Semideum genus,
 Laudis tuba sustollat equa?
 Quis fidibus benefacta dignis.
 Enata Rute germinibus, crepet?
 (Europa testis, conscia sidera!)
 Ut sera gens norit Nepotum,
 Et series generis nepotum.
 Vos ante laudum, Quem reliquos decet
 Primas, GEORGI, qua fide, qua lyra,
 Plectro sonari dignior em,
 Pindarico, superare faxo?
 Summis & imis, incole & extero
 Terrestre Numen! Non Maro Spiritus,
 Alte tonantis vi resurgens
 Sufficiet, neq; lima Flacci.
 Ergo minorum tempore virium,
 Imbelle robur, ferreq; nescium,
 Molem, Maroni non ferendam,
 Omnibus & minimum poetis:
 Uni quiescens: Quod pater, hoc caput,
 Hoc vile sardum Kempfrigenae arboris,
 Nutantis a livoris Austro,
 Vellere stirpitus aestuante;
 Cunis ab ipsis lumine videris
 Semper paterno (sic lubitum polo!)
 Pavisse Musae a cerebri
 Esuriem dape perbenignus:

*Pavisse corpus debile sumptibus
Factis, ut omni jure, PATER, canam;
Quos Caesarum nemo è Monarchis
Fecerit, aut facit in Car:énas.
Testor lycéi tempora, Misnidos
Testor lycéi Corcula, providos
Tractare divinam gubernal,
Eximios pietate reges!
Antiquitatis nutat adorea,
Palmae Platonis sunt dubiae Sophi,
Doctorg₃ pellée juvenae
Cedere Aristoteles videtur.
Hunc testor annum, S, conscia Lipsia,
Ac vos gemellas Justitiae faces:
Hunc fruge vivaci docentem,
Magne, tuum, Polycarpe, natum;
Illum, Themistos, Koppelium, jubar,
Sui Donellum temporis alterum:
Quos laude nullâ, re nec ullâ
Officiperda remunerabo.
O CHRISTIAS cælo pater adsite!
O JANE Frater! Gloria principum!
Hæc sunt minuto ferre versu,
Quæ calvi benefacta dudum,
Etsi susurro vix tetigi levi
Partis pusillum: nam neq₃ novimus
Gaudere vos vasta tumentis
Mole operis, numerisq₃ centum.
Grates, at esset dulce, rependere.
Quodcum sit hilum, S vivere neminem*

B

Con.

Constet, Dearum qui repenset
 Promerito Benefacta cantu,
 Vene retundo luxuriosus,
 Conamen, & nisum Phaëthonticum,
 Vitare cautus imminentem
 Luxurie nimie Charybdim,
 Dulcis, sinu te cordis ab intimo,
 JESU precatuS, Saxona ne velis
 Ducem GEORGIUM nostra asylon
 Non superesse per aua Musa,
 Fiet Maronis secula gemmea,
 Sic me juvando, sic aliud caput,
 Ut livor, ut corvi repugnent,
 Ut notha Versificum Cloaca;
 Nostrum beassint, non sine Te, lutum,
 A quo poëta ordia sunt bonis,
 Orbi fugatis, causa presto!
 Sunt superum genus, ac propages.
 Nam curva si gens, pectora inania
 Cælestium, cælestia seculo
 Hoc damnat: Quid mirum, poëtas
 Temnier? At medicare JESU.

ELOGION

I. C. SCALIGERI, & P. S. Melissi,
 quibus addo V. Streitbergerum C.
 P. D. stilo Horatiano.

Od. II.

Que curatum, quæve Novensilum,
 Divis honorum numeribus, tuas,

O Sca-

O Scaliger, laudēs in ævum
Per titulos, celebresq; chartas
Æternet? o quā fax habitabilem
Inspectat orbem, Pieridum Deus,
Quem legis ignari latina
Versifices didicere nuper,
Quantum arte posses; fulmine nam tuo
Phœbus Cicadas, obstreperum genus,
Picasq; nugaces, & ora
Aonijs odiosa lymphis,
Turbavit alto, plus via simplici:
Acer Melissus bella pœtica
Instaurat, infestosq; fucos
Ætherijs abigit favissis,
Spectandus in castris Heliconijs
Devota risū carmina perpeti
Quantā fatiget vi cerēbri:
Exiguum propè qualis agmen
Exercet ales Regia, remige
Stridente penna per freta: masculus
Vexare Codros, & calentis
Stringe vim calami per hostes.
Sic nocte vastis ingruit imbribus,
Qui templa mundi contulit ignibus,
Cum sedit, extremumq; pravū
Exitium minitatur ævo.
Ut barbarorum tu quoq; crimina
Elidis alto carminis implete,

*Crillosq; & Umbellos notando
Exagitas sine clade Victor,
Phæbo sacram vim, consilium, & suum
Porgente Numen. Nam tibi quo dte
Cæsar Palatinatum, honore
Ferre dedit comiti, supremo:
Fortuna seculo prospera ferreo
Rursùm poëtas extudit optimos,
Laudemq; & auratum lutosi
Temporibus decus arrogavit.
Vos Italus quondam insuperabilis,
Græq; & Indi, vos Heliconides
Mirantur, Europa Marones,
Ac veteris pia fulcra Romæ:
Vos fama cæli dividit orbibus,
Vos meta terrarum Antipodes sciunt;
Vos belluosa monstra matris
Livida pertimere visos
Vos Critticorum concilium stupet,
Nec Spongiae hic audacia proditur:
Vos ipse vestrâ luce raptus
Supplicibus veneror Camenis.*

De
VIRGILIO MANTUANO
à F. sibi repræsentato in N.V.

Od. III.

E*T si politos qui videt ingeni
Fœtus Maronis, mustea pignora*

Vatis

Vatis stupendi: quo priorem
Nulla dedere, dabuntvè secla:
Ipsius altam colligit indolem,
Moresq; sanctos, oraq; Partheni:
Se face mortali ferentem,
Altiùs, & super astra Divum.
Non inde non fas, effigiem tuam,
Excelse vates, cernere deputo,
Quam Frater Augusto videndam
Ausonijs tulit ore terris;
Dum prisca prisca marmora Mantua
Lustraret, & quicquid celebris nota,
Per puncta telluris latina,
Conderet ingenio capaci.
Heròe pol frons, dignaq; sidera
Marone castis aurea moribus
Ætas, verecundiq; gestus,
Marmoreo decor ille vati,
Qualis verendo Carsinoi decor.
Nam grande grandi si caneret tuba
Hic carmen, adjurare vellem:
VIRGILIUS REDIVIVUS ESSET.

Clariss. Viro

O Dn. VALENTINO HAR-
TUNGO, Phil. & Med. D. P. C. cum
censuræ ipsius has odas sub-
mitterem.

B 3

Har-

Od. IV.

H Artunge, vena limpidus aurea
 Torrens beatum cui caput irrigat,
 Qui regis ad vatam, palatum,
 Mattia, mulsaq; das Melissi.
 Sit fas Camenis liberius meis
 Adire parte culmina gloria,
 Volgi tenebris segregato,
 Particulamq; tui favoris
 Libare. Sed tam non favor incitat:
 Benis bonorum sponte favor sua
 Perennat, haud ille emptitari.
 Gemmeola cupidus nitela.
 Majus Poëtam carmine quesurus
 Quiddam, nec auro vilius, & Salo
 Vectis ab Indo, puppe pandâ
 Mercibus occiduas ad oras.
HARTUNGE limam Iudicij tui,
 Limam venusti judicij tui,
 Examinandis ad statëram
 Pythagoræ veneror tot odis.
 Da subsecivi temporis otio,
 Examinandas Kempfriada strophas
 Audax, colorum qui merentur
 Tbeta, nothos jugulare fœtus.
 Nam plausus & laus quid iuvat extera,
 Cygnum vocari, si crocitatio
 Præconem inepto vate ineptum,
 Postea laudet utrumq; corvum.

Musas

*Musas per omnes, Teq; ego per tua.
Inaminate sacra poeseos
Obtestor: aut laudem, aut merenti
Nil niveus mihi censor extes.*

HENRICO KEMPFFERO

J. U. D. Fr. suo, cum ex Italiâ & Gal-
liâ rediret,

Od. V.

E*st omne docto Patria Socrati,
Telluris ample lativagum solum;
E sede manantem perenni,
Exiguus cohibere metis,
Mentem supernæ particulam aurula,
Purè coruscantis radium poli
Non sustinenti. Segnis est mens,
Et vitijs onerata ventris,
Quæ fixa clavis desidet aneis
Reptare claustro pulvereo timens:
Sic bestiarum sub cavernis
Degeneres latitare quarunt.
Laudem meretur Lipsius omnium
Puncto virorum, quos potior luto
Titan politos segregavit.
Facce rudis, vitioq; volgi.
Illum paterno non tenuit lare,
Torpor litantem Murciae imagini,
Nec more nostri temporis fæ-
do vitreaminibus studentem.*

B 4

Vista

*Visit Cinedi mœnia Romuli,
Antiquitatum mirificè colens,
Umbramq; floris seculorum
Mente catus memori notavit.
Hinc eruditis Centurijs levem
Format juventam, quid deceat procul
Oras parantem per remotas
Ire: puer temerè is vagatur
Damnandus erro, ni monitis probè
His sepiat cor Lipsiade sacris
Nil præter hic visurus urbis
Saxa, lapis, veteris redibit.
Quod gnare Frater, rectius Italum,
Gallamq; nosti, & visa triennio
Miracula Ponti: non inanis
Fumo oculos satians coloris,
Mentem imbuebas artibus inclutis
Sanctæ Themistos (ne varia canam
Gentis, profari quas diserto
Callueris simul ore linguas.)
Donec supremam Aurelia lauream,
Doctoris atq; insignia conferens,
Baudæ remisit te silenti
Luciferum jubar extitutum
Lructu beatus ne satis ubere
Ætare Frater! sic alio juvat
Phæbo calentes visere oras:
Laus ita magna fuisse Romæ.*

In

In Calumniatorem divinæ
Poëseos.

Od. VI.

Quisquis legendis vatibus aureum,
Quisquis canendis versibus aureum,
Tempus strepit non collocari
Frugiferi in studio laboris,
Aberrat; hoc se iudicio rudem,
Prodens asellum, & putidulum pecus,
Quod litterarum ne mirutam,
Per nubilas malè vidit umbram.
Nam perderentur si studio dies,
Stultè Marones, Meonij nihil
Fecisse, sunt hoc arguendi
Nomine, Nectarei poëtae.
Concedo, tempus nequiter exigi,
Si tale monstrum Versificantium,
Auderet iratis Camenis
Barbaricum blaterare Crimen.

L V T H E R V S I V B I L A N S
ad posteritatem St. Horat.

Od. VII.

EXegi monumentum orbe perennius,
Immensiq; globo celsius ætheris,

B 5

Quod

In

Quod non orcus edax, non gula Cerberi,
Quod non Hesperij fulmen Alastoros,
Nec sidirum aliquid sit magis his malum,
Possit destruere, aut insatiabilis
Liventum rabies, & strophea principum.
Non Lutherus obit: nullaq; dogmatis
Pars Lutheri tui; longum ego posterâ
Crescam laude recens, dum tremat ignibus
Atlas, & liquido dissociabili
Abscindit Cererem, Rex superum, inferum.
Ne quicquam timidus, si senis ultimum
Conamen stygij, sex Erebi, tuos
Mentiti socios Volturij, novent,
O JESU scelerum incude Satanicâ
Sexcentas facies, seu tacitè, aut palam.
Dicar, quâ egetida Nilus aquâ tumet,
Quâ vastus Senega orbis refluit novi
Hospes, quâ rutilans Hesperio Tagus
Splendescit; penitis dicar ego plagis,
Doctrinam tenebris è Latijs, potens
Zelo, Christe tuam, per tragicas vices
Adsertam reparasse. ò date jubila
Christi militia; nec mihi, sed Deo
Hymnos, & meritam cedite gloriam.

ÆTER-

ÆTERNÆ VITÆ Desi-
derium,

Od. VIII.

Bina bis nondum super orbe lustra
Finito vivens, saturum lubrico
Seculi dudum, scelerum theatri,
Falsa reliquit,
Non juventutis roseum decora
Ver, voluptatum temerare spinis,
Ac citæ membris properare frigus
Turpe senectæ;
Non honoratis inhiare gazis,
Nec brevem bullæ fragilis favorem,
Quæq; lascivus preciosa mundus
Cetera censet,
Spreta venari volup' est. Beatos
Judicet per me licet alter istos.
Glorior tantum licuisse Thomæ
Vixê beato,
Quem palam, nec clam capit inquinata
Gloriæ vitrum speculo doloso;
Nec suis vana illecebris inescant
Gaudia vitæ.
Altius mentis melioris alæ
Remigant cælo patrio, hospitalis
Nauseâ terre, Mea Sola cælo
Dulcia quero.

© diem

O diem suspiriis cupitam,
Carceris quâ mens resoluta tardi
Vinculis, ibit spatium amenis

Libera pratis;

Quâ frui Christo dabitur: Quiritum
Quâ choris inter superum esse castis.

Hic sonat mistis variatâ, mellis

Musica sistris:

Hic abundantes scatebrâ perenni

Gaudij serpunt latices. Ovat cor,

Hac ubi mecum meditor futura


Jubila vite.

FINIS ODARUM.

THO-

10-







THOMÆ KEMPFERI
SOLATIA sive Epigrammata.

I.

AD CHRITUM.

L Assat amor multos, & scribere vana poëtas;
Me tuus, alme, tuum, JESULE, lasset amor:
Te sine marcescat vena flos, fonsq; cerebri,
Quod precor, Aonijs destituatur aquis.
Numina tollenti tua, Calica vena cale scat,
Castalio majus flumen & ora pluant.

2.

Ad eundem, ut memoriam vacil-
lantem juvet.

H Oc meminisse labat, bonus erige, & omni-
um JESU,
Obitum modò me fac meminisse tui.

3.

AD SPIRITUM SANCTUM.

G Raminis ingenio similis sum, quod nisi vel ros
Vel medijs animet æstibus unda cadens,
Ex-

*Exspirans viridem deponit pulvere vitam,
Mox sub brumales coniciturq; focos:
Sic nisi me semper tua cœlite rore beasit,
Gratia sidereis Flabilis Aura tholis,
Vita anime ar-bit, leti sacra præda secundi;
Materies stygio suppeditanda foco.*

4.

DE THEOLOGIS SAXONIÆ
principibus.

D. D. D. D. D. D. D. D. D. D.

MATTHIA HOË, ÆGIDIO STRAU-
CHIO, VINCENTIO SCHMUCKIO,
POLYCARPO LYSERO, FRIDERICO
BAEDUINO, THOMA FRANTZIO
BALTASARE MEISNERO, NICO-
LAO HUNNIO, HELVICO GARTHIO
JOHANNE GERHARDO.

HÆretici clamant: Lutheria factio centum
Annos, non ultrà, mox ruitura, manet
Crediderim, si Lutheri non ullus in orbe
Sit vindex zelo flammicrepante super.
Lutherum primo sensit Papa anxius unum:
Lutheros ævo hoc sentiet ille decem.

s. No

5.
Nobiliss.

CASPARO à SCHON-
BERGK, Consil. secretis.

Nobilitas multis satis una est: nobilitari
Vis ab avo, doctis vis & ab Aonisin
Nobilitas igitur duplicem geminata corollam
Schonbergi; hac Martis. Palladis illa dedit.

6.

Nobiliss. & Consultiss.

BERNHARDO à PUL-
NITZ, &c. Cancellario Electoral.
Saxonico.

Herculeis Atlanta humeris, est fabula, ferris
Aulam humeris quod fers, fabula nul-
(la, tuis.

7.

De Geneross. Equites

IOACHIMO à LOSS.

Non adeo Hetruscum Romani tollite vates:
Loss Mecenatem jam facit esse nihil.

C

Gene-

Generoso Equiti

GVILIELMO à Kockritzi / &c.

αιαδοχω suo.

Astivis veluti longo sub Sole dieclis,
 Cum rubet Icario tosta calore Ceres,
 Si qua viatorem levi Etesia flabra susurro
 Radant, & leni murmuris aura pede,
 Gaudet, & ad ripam bullantem, fractus eundo,
 Sternitur herbosa debile pondus humo.
 Acrius, inde memor, descriptam volve metā,
 Nec post collectam segnius ire fibram.
 Sic mea Musa videns rerum te carpiet æstu,
 Kockritzi heroā nobile luce caput,
 Dum tibi iudicij librandā talenta supremi,
 Sudoris vacuum dant minus ire diem:
 Hoc leni adflatum Zephyrillo carminis ire,
 Sustinuit vestræ ferietatis opus.
 Euge alternatis trahe seria pensa jocosis,
 Misturus gravibus ludicra consilijs.
 Nam neq; continuant intenti robora nervi
 Semper, & immodico mens labat officio.
 At tu dulce caput, mihi Patris honore colen-
 Quo presente, sacro lautus in amne fui, (dū
 Ne Bauda genitæ despecto rure Camenæ,
 Bis, pronō lustres disticha, sena, oculo:

Nam

Nam tibi qui brevibus cepit breve psallere me-
Altius ille brevi, crede, sonabit epos. (tristis)

9.

Magnifico & Consultiss. Viro

Dn. LEONHARDO KÖP-
PELIO Consil. Saxon. J. U. D.

Koppeli quantum tibi debeo, Phosphore Juris,
Centeno effari Carmine Musa nequit.
Hoc scio, si pro te vitale profudero sanguem,
Nil tamen officijs me retulisse tuis.

10.

LEONHARDO HUTTE-
RO, Theol. Doct. & Prof. Witteb.
Theologorum Miraculo,

Non malè Posteritas Lutherum dixit Eliã:
At te Luthero non malè dico parem.

11.

De Doct.

VINCENTIO SCHMU-
CKIO Theologorum Lipsiens.
Hyperione.

Lipsiavisa mihi non est, tu dicitis, cui non
Est Aurbachiace visaniteladomus.

C 2

Sed

*Sed nil audivi, vidi licet omnia, dicat,
Qui non Schmuckiada linxerit aure favos.*

12.

POLYCARPO LYSERO II.

SS. Thol. Doct. & Profess. Lips.

EX te quod carpat multos Ecclesia fructus,
Est vero nomen næ, Polycarpe, tibi.

13.

Nobiliss. Præstantiss. Viris Dn. Dn.

VRBANO HANTSCHMA-

NO, J. U. D. Com. Pal. Cæsar. &c.

Et

JOHANNI SEUSIO Electori à Se-
cretis, Poëtis longè maximis,

B*Ina Poëtarum nostro celeberrima seculo,
Ille Maro, iste sui temporis Ausonius;
Hanschmane, & Seusi: ne vobis Musa pudorè
Sit mea, plebejo repere nata pede.
Omnes Parnasi non tangimus intima, circum
Sapè sat est doctis ludere posse viris;
Cur mihi sit vitio, cur vobis Musa pudori?
Anser olorinis adstrepit ingenijs:
Nec rarò æthereas divina Melissa favissas
Liquit, ab ignota pendula vocis ave.*

Quod

*Quod si primigeno Vobis non vere probamus,
Olim erit Auctumni gratius ingenium.*

14.

Præstantiss.

**LVDOVICO GVLIELMO
MOSERO** Electori à conf.
secretis.

Sæpius hoc dico, censeri jure beatos,
Quos mulsit vivis Lipsia suada favis;
Incipiens tædere mei, pejore sub auras
Tempore quo Musis gratia parca, sati.
Tædia sed vivo solitus lenire Mosero,
In quo Lipsiade vivere visa Charis,

15.

Consultiss. Clarissimoq; Viro

CHILIANO STISSERO
C. C. Martispirgto.

Illustrare meis me te, Stissere, camenis
Velle, est Cimmerico te irradiare
chao:

Scilicet ante fuit qui toto illustris in or-
Illustris fieri nõ magis ille potest. (be,

C 3

16. In

16.

In Simplicium sive Germanistam.

Non, quid inflatis turgescit pagina nugis,
Et quibus est prisco nubila vena chaos,
Inquit Apollo mei sunt: nec qui simplice nudo
Contenti numerant, inquit Apollo mei.
Ergò quod ornatu Germanicus abstinet omni;
Errat, in ornatu candida vena fluit.

17.

Nobiliss.

MARCO GERSTENBER-
GERO, &c. Marci D. illius flexanimi
quondam Saxonie Nestoris Filio.

De patre multa mihi palpans permisit Apollo,
Sed promissa suis mors tulit insidijs.
Certior ipse mihi de te promitto. Quid istud?
Pertexes Magni Filius orsa patris.
Idq; magis, quod te nobis Richtérius unit
Sanguis, & in vestra pars quoq; gente sumus.

18.

De

JULIO CÆSARE SCALIG.

Literarum Numine.

Non sit Aristoteles, nō sit Maro, nec sit Apol-
Scaligero majus, nescio, quicquid erit, (lo
E

Et sit Aristoteles, Maro sit, nec non sit Apollo;
Scaligero dubito major an unus erit?

19.

De TAUBMANNO Poëta
Melissæo.

TE nemini quondam, Musæa Columba, volentē
Indagare mei scriniola ingenij,
Cum me præ reliquis versu gaudere videres,
Nec vincili lusu velle, pudore fuga,
Dixisse: Ingenij sunt hæc præludia magni,
Velabit pueri Laurea certa comas:
Perge places Sedego, tibi si, Taubmanne, placebo,
Gestio Marculidis displicuisse tuis.

20.

PHILIPPO MULLERO Li-
cent. Med. de exercit. Astrom.

Musæa excurrit spectatum sidera pubes,
Dum radio sumus figere signa tuo;
Arrectâ aure bibens stellantis jura theatri,
Et penetrans acie proximior polum.
Magna, minorq; feræ visa, & Sarraca Bootæ,
Orion, Hædus, visa Capella, Venus:
Andromedæ visus Salvator, & axe coruscans
Bellerophontei nobile sidus Equi:
Ac quæ præterea liquido conspecta Sereno,
Ad curtos metuit cogere Musæ pedes.

C 4

O ex-

O exercitium! non his effabile metris
Utibile! ô studio puncta locata bono!
Quid potioris erit noctes vigilasse lucelli,
Aut Baccho totas, sive dicare gulæ.
An verò vigiles attollere luminis orbes,
Cœli indagando mobilis ingenio?
O mihi sic multas liceat consumere noctes,
Et tecum cœlo, docte Philippe, frui!

De eodem.

Ingenij dicunt Mullerum calitis esse,
Quid mirum? Cœlos ambit is ingenio.

21.

M. ERASMO SCHMIEDI,
Profess. Græc. Ling. Witteb.

Hellados & latij reparator, Erasme, vetusti,
Nulla sat ad laudes buccina clara tuas.
Hellados & Latij dicant te secla vetusti
Quæ nisi te dicant, dicere nemo potest.
An fieri possit, dubitas? te dicito per te,
Qui Latium solus, Hellada solus habes.

22.

Ad Clariss. Viros M. M.

JOHANNEM BECHMANUM
&
AUGUSTINUM PREULIUM
Præceptor.

Si

SI quid in his poterit pretiosam versibus esse,
Si quicquid Phæbo non stomachante dedi,
Illud erit vestrum, nullo non jure, quod unquam est:
Maxima Musei Cymbala uterq; chori.
At redolent hornam quæ crimina cunq; poësin,
Imputet auctori, qui legit ista, suo.

23.

M. JOHANNI BECHMANO,
R. A. M.

Ignivomo muris velut impendent tyranno,
Lætificum ex anima contiget urbe melos:
Ut cane nimbosam rabido caussante procellâ,
Et jaculante manu tela rubente Deo,
Hymni messoris frigent, & Musica campi,
Dum sua festinus stramina quisq; subit.
Sic arcem capitis febris quassante, silescunt
Carmina, nec venâ, manat ut ante, latex.
O igitur nullus mirabere, nulla sonantem
Metra Maroneis, Afra Columna tubis.
Hisco aliquid, spes jacturas tamen alta refarcit!
Leucoreus venam reddet Apollo suo.
Spe moriar! nihil est, ni pango poëmata terris,
Angelico cœles Carmine grandis ero.
Spe moriar! nihil est: vilis quod in orbe Corolla
Non ambit; cœlis at diadema caput.

24.

In Nomen Athletæ.

Cur Athleta vocer, rogitas quia praelia livor
Cum movet, invictum me gero Mano aden.

C S

CO.

CORONEO HYBRO, de morbo
ex itinere contracto.

Algeo & estuo: morbus is est meus, Hybre,
Tyrannus,

Enervans solidum corporis omne mei.
Nec modò corporeum vasclum male destruit

Æthereis etiam partibus inde malū. (ægror, Q

Quæris? cui capitis flos antea floruit astris,

Antea, cui venæ lacteus imber erat:

Uli nunc marcent flores, fons aret, in auras

Spesq; relapsuri tota liquoris abit.

Hoc est, tam raris quod persona sidera psalmis,

Nec matutino carmine Musa sonet.

Respice, Christe, tuum, vel quod mihi nobile
sanum

Restituas, salvum, vel quod in astra loces.

Ut sed velle tuum est, quod vis, volo, quod ne-
que, nolo:

Vixero sive solo, vixero sive polo.

Ad quendam.

Qua mea sit quæris, viridi sub vere, voluptas,
Occulti calamos inter & usq; libros?

Dum reliquis inter flores, unguenta, puellas,

Et Baccho adfidus vita beata fuit.

Hæc est: non fluidæ bona marcescentia vitæ,

Mansurum è thecis ver mihi quæro meis.

De 6. meis Poëtis, quos solos præ
reliquis amo.

Sunt seni mea Cura, Venus, dulcedo Poëtæ,
Herói hinc, Lyrici Carminis inde Pater.
Tertia ab his tuus est, Comædia Romula, prin-
cipit
uit
or, Dat quartas Tragicus delicias Seneca, (ceps:
Quinta meæ mentis sunt papula mella Melissi
Ultima Scaligeri, dulce poëma, Venus.

Pro serenitate aëris exoratâ.

Hoc quoq; defusis Calido de pectore votis,
Hoc das supplicibus Kempfriada preculis,
Vita Sculna mea Deus, ut cælum hodie serenes,
Alto discussis æthere turbinibus.
Canticat alba dies, dudum torpente sepulta
Umbrarum peplo, candicat alba dies.
Cum nivibus Cauri, pluvijq; abiére madores,
Ac rediére suo mitia flabra polo.
Porricit auratam per opacas lampada terras,
Fertilitans Cererem Delius Omniparam.
Fac sic detersâ dense Caliginis umbrâ,
Efflet cœligenas mens pura faces.
Fac sic cum stygio, trux Culpa, Nerone faceffat,
Ac iterum pietas cor radiosa beet.
Fac sic vivifici flammâ perfundat amoris,
Enthea, quæq; mei pectoris ima, Charis.

*Hoc vacuum serpet maculosa uligine labis
Vasculum, at à superis non vacuum faculis.
Sic dum micà super vita, dum sanguinis una
Corporeum calidi gutta rigabit agnem.
Te sine fine colam, tibi dulce iterabo poëma,
Dicar ut eternum, Christe, poeta tuus.*

29.

In libellos Solatorios.

VOs mea marentis Solatia sola libelli,
Quos mihi parva duos Bibliotheca capit.
Nunc opus est: animo non uno tormine fracto,
Pharmaca de vestris didite paginulis.

30.

Ad Peccatorem de Eclipsibus.

Quæris, ut abscondant cœlestia lumina vultus,
Sol pallore suos, Luna crude suos?
Scilicet ô confusa tuis, Homo, turpibus ausis,
Invitum ad pœnas dum trabis usq; Deum,
Tempora vel vetito nocturna Cupidine turpans,
Suffocansve omnes Ebrietate dies.
Cogitur hinc Natura suas transcendere leges,
Inq; tuam jurans cuncta elementa necem.

31.

Ad Patrem super annonæ Caritatem.

PReviam restibilis panis jactura, per urbes
Grassatrix passim, Patria mœsta, tuas,

Ja.

Jacturam Mannæ portendit Cœlitis; heu, heu!

Cum Deus ingrata[m] te dolet esse sibi;
Mitior hostili, dape quam donaverit, oræ,
Si tibi Jacobidum vis paradigma loqui.
Hinc æterna fames letho vivace sequetur.
Si sapis, hac, illâ disce carere, fame.

32.

De Logicâ.

*S*corpio acu tenuis exertare veneniferam vim
Noxius, in medicis morbida multa necat.
Sic illa est: sed tu vitare venenâ memento.
E Logicâ, quicquid, carpe salutis habet.

33.

C. P. se purgat, cur Fabulis ab-
stineat.

*F*abellam Thomæ fringi, lepidumq; poema,
Basia vis, scribi vis Veneresq; mihi.
Frater; iners est velle tuum: nō ludicra mundi
Hæc pallentis amat ferrea Canities.
Satne cupidineos auro lusisse poetas?
Ferreâ me, ferrum, scribere metra jubet.

34.

In Scarrum.

*S*iste breves, moriture simul cum paupere, fastus,
Scarre, tuo sisus, quo gravis arca, Deo,
Quem

Quem colis adfiduis digitis, fanoq; reponis
Placatum, vero devie Scarre Deo.

Non nummo solare famem, nec, ut omnia pessum,

Dicis, eant, pauper quis mihi reddat opes?

Insanum! qui nescit opes, massasq; rubentis,

Si reliquis privet nos Deus, esse nihil.

Quod si continuo pluviale negaverit aurum;

Unguibus interimet te quoq; Dira suis,

Tunc inter Scarrum quid erit, quid & inter egenū?

Hoc: quod egens cælo vivet, at ille minus.

35.

Aliud.

NUmō quid melius, Scarrus mihi dicit, &
Auro rursus ego vilius esse nihil, (auro?

Quod verò pluvijs inviserit arida lymphis,

Prata quod & longā, Numen, anhela fiti,

Argenti antefero venis, auriq; medullis,

Id natum Reno, Pannonibusvè licet.

O ego perſolvam quales tibi pectore grates,

In laudem quantis plaufibus ibo tuam,

Vile Salillum animæ, Pater, omni Carmine Ma-

Qui non humanæ laudis & oris eges, (jor, D

Laudis amans tamen humanæ, cultusq; tuorū,

Enthea ni vanum credimus ora loqui.

Omne bonum te fonte fluit, tu pabula menti

Sufficis ætherei dogmatos alma meæ.

Omne bonum te fonte fluit, quod vivimus, à te

A te quod largo decidit imbres polus, (est

Te

Te precor infandum pratis sitientibus æstum,
In pluvij vertas Cæcula pocla meri,
Umida quò matutinis, serisq̃ue liquorum,
E sinubus laxent commoda nostra suis.
Sic vitula semper tibi facturus labiorum,
Te placidum mundo, præco sonabo Patrem.

36.

Ad Patriam cœlestem.

E Procul hospitio terra cum lumina tollo
Fixi scintillis ad tabulata poli:
Totus eo in gemitus, & quando, Patria, Civem
Me mea suscipies, dico, beata tuum.

37.

In protea Kleppisianum.

S Caligeri meruit laudem & sua Thaumata
Proteus,
Baubusi Proteus & sua Thaumata habet:
Kleppisi digno qui Protea Thaumate mactet,
Hunc verè verum dixero Thaumographon.
Des veniam Puteane mihi, satis ardua vati
Partheniâ cessit gloria laudè tuo.
At non inferior laus hic: Numerosa triumphat
Forma, & materies exerit alta caput.
Esto Dei genetrix alijs regina puellis,
Esto puelligeri stella, Corona, chori!

Hic

Hic Trià, Romano cum Casare, lumina Regni
Conspicis: annon hi sunt, Puteane, dij?

38.

De me, meisque studijs.

NON probor arte meis, nō carmine, vix pietate
Cum neque ā gazas arte parare graves. (te
Sic hodiē sectum est, ars ancillarier auro
Cagitur; ære gravis gratior arte gravi.
Non hæc antiquæ sententia Canitici,
Quæ sanctos vates, carmina sancta habuit,
Quos jam ludibriū, quos mendicabula mundi
Quæ mera nugarum somnia quisq; putat.

39.

DE JESVITIS.

SANCTA Suitarum vos est, si sic quoq; pectus,
Gente Suitarum sanctius orbe nihil,
Pectus abesse veneni-madentia scripta loquuntur,
Infande clamant pectus abesse neces.
Pectus adesse ducum, regumq; Cadavera pectus
In tot Christisequas tormina Ibera negant.
Ergo Suitarum nunquam sis credulus ori
Melliloquo, fibra spicula mortis alunt:
Nec Jesu, stygie socienos esse Chimera,
Nec vitam chartas, esse venena putes.

39.

De Tonitru.

Auditis pertentis crepore clangore, fateri,
Summū ē fulminibus, cogimur, esse Deū,
Cujus voce tremuat tellus & sedus ab unā,
Ac trepidat tremulo fluctus in Oceano.
Qui non esse Deum potes hinc ediscere, non es
Cretus ab humano, Corneae, seminio.

40.

In Fulviam,

Ex quo flex animam Ciceronis Fulvia linguam
Pungis, eris mihi non Fulvia, sed Furia.

41.

HENRICO KEMPFFERO

Parent. afflictis. Consolatorium.

Expositi rabidis Fortunæ fluctibus, orbe
In viso ferimus quanta pericla, Pater?
Nunc ad egestatis scopulos, per fraudis adacti,
Flamina, despectum nomen in urbe sumus,
Fabula Sylvanis, & declamatio Faunis,
Nunc sorpti nimbo mergimur Invidia.
Hinc super experti damnosi curva Senatūs,
Cujus in Athletæ pestibus una salus;
Demumque innumeris agitati casibus ævi,
Fletibus hoc curtum vivere conterimus.

D

Atta

Artamen à dulci spe pectora pendula Christo,
Quo sine nec spes est certa, salusq; pater,
Ne justo gravius terrestria damna feramus,
Nec suffocemur flebilibus lacubus,
Christisequum memores, quæ cum prosperri-
ma, fortis,

Est dolor, est curæ, nex. sitis, atra fames.
Obturemus ad huc genitor, quos cœlica, certi,
Punctillum, excipiet, post breve, vita, mali.
Illic aureolæ sortes & gemmea secla,
Hic quorum lacrumæ secla fuere manent.

42.

Calumniæ Tabb. Electori oblatam
propter certas causas non libuit adjice-
re, alio tempore erigendam. De illâ
tamen, qui scire amat, videat Lucianum
de Apell. vel, cui non ille Strige-
nicij Conscientiam,

p. 126.

43.

In Carentem Infamiæ filium.

Recognomen erat, virtute & honore carebas;
Non verò vitijs, divitijsq; Cares.

Ex

Ex Eubulo, In edit Casaub.

p. 259.

Τρεῖς γὰρ μόνες κρατήρας ἐγκεραυνῶ
 τοῖς Ἐφρονῶσιν, τὸ μὲν ὑγείας ἕνας
 ὃν πρῶτον ἐκπίνυσι, τὸν δὲ δεύτερον
 ἔρωτον ἰδονῆστε, &c.

Tres ego prudenti calices infundo, beatum
 Craterem Sani primitus evacuet:
 Inde voluptates & amorum pocula gustet;
 At somni Cyathus tertius ora riget.
 His tribus exhaustis, sophe, sub tua tecta redibis.
 Non nos in Quartum tingere labra decet,
 Inde proterva bibunt: clamosa examina quinto.
 Bellicrepus sexti profilit ore furor.
 Quando etenim largum, parvum suffunditur
 in vas,
 Supplantat bibulum sæpius acre merum.

Curiosus.

Ne varium varijs discerpite vocibus; olim
 Noster erit Thomas Lauriger, ille putas.
 Mox alter Medicum concinnas: Tertia Juris
 Fabula: Pastorem quarte Prophetam facis.

D 2

Omnia

*Omnia vestra nihil mendacia, somniis curō:
Hoc ero, quicquid ero, quod volet esse Deus.*

46.

Ad Animam humilem.

Quisquis amore tui ferves incēdere Christū,
Vilescas, & humi reperere vermis ames.
Altivolae aquilas odio oderit: Exerit alas
Vermiculo; tumidam robore nudat avem.

47.

De Angelo & Patre.

Angelus & Senior quondā longinqua profecti
Per loca, praeter olens triste Cadaver eunt.
Illi, dum metuens, fœtor penitralis in ora,
Neve fluat nares, conderet ambo manu,
Ac flamen quod & ipse minus ferale fugaret,
Quarenti comitem, reddidit ista comes
Angelus, ô nihili tabem, invalidamq; Mephitim,
Ne tantum hæc nobis aura nociva venit,
Vos at ubi Satana fecere cadavera culpa,
Nos stygialis abhinc nata Cloaca fugat.

48.

In Hyllum.

Præsentis qui in se mores non possidet ævi,
Degener est mundi filius, Hyllus ait,
Et tali damnat me nomine: at audiat Hyllus:
Sum mundi, nolens degener esse DEI.

Ad

49.

Ad Gallum Nyctiphonascum.

Quid fit, ut è somno semper me Galle secundâ
Turbas? vis tecum Musa canente canat:
Nec tecum cecinisse piget, solatia fonte,
Mane velut, nunquam limpidiore fluunt.
Galle places, clamore tuo, me excire veterno
Perge; Poëta brevi sic ero: Galle places.

50.

AURORA MUSIS AMICA.

Ingenuas acuunt Eoâ silentia curas,
Nec tempus studijs aptius esse potest.
Grande DEI donum. Quicquid felicius optas,
Inter id auroræ, fac studiose, rofas.

51.

Aliud.

Est melius Juvenem studijs absumere vitam
Quàm flores inter mergere vina suos,
Aut lepidam nimiam Venere inveterare juventam:
Dedecus, ut sis post facta, fuisse, nihil.

52.

Mævio Sylvio.

Cum Nomentanum vetat Electoria te lex,
Sordidulum fieri non jubet Umidium.

53.

In Bibadelphum.

Non miror, veri te fratris habere nec hilum,
Sæpius & Thoma te dare verba meo: Nam

*Nam nec eum generosus Amor, sed pallida Fratrem
E genuere notho pocula seminio.
Invito fateor me factum! sed quis acerbis
Effugiat factus præda rabenda lupis?*

54.

**De Crucibus, Virgâ & Ferro in cœ-
lo apparentibus.**

Hesternæ tibi visa crucis, flagri, ensis imago.
Quæ cœlo certas signa dedere minas,
Te flagrum, crux, ensis homo monet: Esse para-
Cervici impendent fata timenda tuæ. (tum,
Declinare cupis: damnatam corrige vitam,
Maturaque pium pœnituisse Deo.

55.

In Censores.

Quod tibi Polydamas Labeonem prætulit, Ergo
Pallesces uno gry minor inde? nihil.
Non, si quid minuit, nec si quid turbida Roma
Elevet, accedas: Aulus id ante facit:
Aut trutinâ examen castiges improbum in illâ:
Ne queras extra; γυνῶθι σεαυτὸν habes.

56.

**De Invidia HENRICI KEMPFERI
D. Frat. mellitiss. ad eundem.**

Liventem Frater vis exarmare Chimeram,
Ride: Et te dignum quicquid agis, fac agas,
Gnare, quod in magnos stygialem dirigat arcum,
Nec nisi divinis deroget ingenijs.

57. DE

De se ad illud Horat.

-- Plerumq̄ modestus occupat obscuri specie,
taciturnus acerbi.

Judicijs nostri varijs quod differor ævi,
Nec rident mores unicuique mei,
Quod modo morosum damnatus ab ore Ma.
Evomit, & torvū fex Cocadema vocat. (dulsa
Quod melior capitis me judicat Aldus acuti:
Quod doctū hic, doctū me putat ille minus.
Omnia non assis Lucamonum somnia, blenni
Pinguene nec Oenosophi censeo iudicium.

AD ROSAS è Tumulo Vegetiano
purpurantes.

Purpura sidereo manans è vere Rosarum,
Calitus in tumulo iussa rubere sarò,
Vatis in æterni tumulo, quem spina furoris,
Nequicquam pupugit, livide Marce, tui.
Puniceis aliquid vivæ de floribus aura
Ventila ad ingenium, Purpura Diva, meum;
Sic nullam Invidia spinam, metuamq̄ venena:
Halitus è sanctis dissipat ista Rosis?

In Pusionem.

Vindictam quoties, Pue, vis explere caninam,
Æqua tuis scribam Carmina Carminibus.

*Dicis, & arreptæ medicatas caudice texes,
Congeris in magnum simplicitatis opus.
Rideo! sed docuit genitor te talia vates,
Qui vatem his fieri floribus absq; negat.*

60.

Ad P. Q.

Nonnè pudet nostro te contradicere Regi?
Hic nasci vatem; tu sine fronte negas.

61.

In C. P. immensa poemata.

Nine, quippe, etiã, nunc, vab, dolor, esset *Clawtè*:
Expleres quando *Gracule Versiculum*,

62.

In Basiliscum sive Herbarium.

Aldio te Fratris de Relligione serentem
Somnia Judicij relligiosa tui,
Hæ! quàm se rerũ novat hic variabile schema!
Quàm citò naturæ dissilit ordo? peri!
Tunè rudis pridè, maternam edocte coquinã:
Nec discrimen habens furfuris, & lolij:
Tunè putris nebulo, fex, caudex, blennaq; fūgi,
Quemq; herbas docuit nosse Marita duas?
Tunè, inquã, medicã peregrinus in arce docen-
A sequiore secu, nil nisi parla sciens: (dus
Censorem doctis te prodere pessumus audes,
Censuram cujus nulla culina tulit.
Quid sit Relligio benè scis! & relligionem
Summittis puncto Relligiose tuo.

Desi.

Desine censuris asininam pandere mentem:
Ne tibi Religio dicat: A se ille sile.
Non oneri nec ego, nec tu, sumus ambo ferendo.
Nec censenda hominum stat levitate fides,
At bene qui norunt, quid distet Papa Luthero
Theiologi cernant, cernat & ipse DEUS.

63.


ALIUD.

Obscurus nimium nonnullis audio doctis,
Qui tamen hoc clamant se nimis esse rudes,
Sim sane obscurus rudibus, sim Persius illis,
Ambrosij stupido pectore simiolis.
Gaudeo: me nec enim rudibus cecinisse legenda,
Sed doctis tantum Carmina pauca scio.
Ne tamen & desint, quae non obscura legantur,
Obscuris qui me versibus esse putant:
Hec habeant, quae me docuit schola Turcica quondam:
Fallor? an ingenij lucidioris erunt?
Birechen bes on ei ledum derdumi
Iarâ dan dan iste miscem Iardumi
Tarch eiledum Zabmanumi gardumi
Ne ileim jen jeme zum glunglumi.

F I N I S.

D S

THO-



ATHLETÆ.





THOMÆ KEMPFERI.

ATHLETÆ.

I.

CHRISTUS Θεάνθρωπος.

Alpha, Dei Suboles, Athletarumq; corona,
Quam bellata nigrâ sede duella stygos,
Ob mortale genus, Victoris nomine clarant,
Cujus & invictam nex superata manum,
Cum culpâ sensere, Phalanx inimica salutum:
Teste triumphantem lucidiore polo,
Ex quò siderei, factâ jam pace, Quirites,
Pæan; ex hominum quò sonuere chori.
Particulam reliquis animi bellantibus indas,
Omnia Victoris vi solidante, precor.
Tute omnem Laurum, Victoria es ipsa, reportes!
De Lauru reliquis surcula ferre sat est.

2.

ABRAHAM.

Thariadē nō arma magis, nec Martia cuspis,
Calcavit quoties colla superba solo;
Quàm mens fisa DEO, quàm flammea pectora
amorum,
Intrepidum medijs fixit in agminibus.

Ipsum

Ipsū nil patriæ sedes movere relicta,
Ipse jubente, pater desijt esse, DEO.

3.

LOTHUS.

VNicus in cœnâ patiens farragine vulgi,
A quorum pietas mentibus exul erat,
Constans evincit prece Loth. Quid fuit? pluit ignes
In Sodomas Calidi Numinis Ira sues.
Iustus liber abit. Tandem Patientia victrix
Sola triumphato crimine regna tenet.

4.

JACOB.

Athletizanti securâ victricia Christus,
Fert DEUS ipse homini Jubila præco mihi
Evici! quis homo mecum bellare duellum
Auferit: Isaciden, vincere JOVA nequit.

5.

JOSEPHUS.

Venditus & victus: Fratrum mera somnia: frater:
In fratres, si nunc, sceptrâ capesse, placet.
Insanos! quos me regemq; patremq; fateri,
Septenni cogit mis violenta fami.
Insons esse stude: Regina, innoxia vita est,
Et demum Antimachis imperat ipsa suis.

6.

MOSES.

Non reges timui, licet extremū omne minaces,
Nec populi audacem me lapidare manum.
Omni-

*Omniſus edomitis, hoc magna Matris hiatu,
Hiſce cruorifluis, audio Victor, aquis.*

7.

JOSUA.

Claſſica, claſſica ! qualla cadant clangore
tubarum

Mœnia, non validis discuſtenda globis,
Simq; ego Barbaricas potis exarmare Catervas,
Siſte tuas Cynthi, ſiſte Diana rotas.
Quis furor opponet cœleſti milite niſis ?
Unica vel Jovæ vocula fulmen habet.

8.

EHUD.

Aldaci evitas mucrone, animoq; Tyrannum.
Hoccinè donæ ſoles regia ferre modo.

9.

GEDEON.

DEcurtate Baal, me vindice Numine plectas.
Fracta tibi irarum ſuggerat ara faces,
Te ſic eſſe Deum, nec detrabe fictile lignum,
Damnato credant me Gedeone, plagæ.
Effuſos in me Mars verte Cruente furores,
Nec tua ſit tumido mitior ira freto ;
Rorifero lanæ lacrumantes, te, Jove, victum,
Et facies gelidi terrea ſicca globi ;
Rorifero tellus Jove ſudabunda viciffim,
Prædicuntque tuas. Vellera ſicca fugas.

Sic

Sic est! cui ridit victoria Cælitus, illum
Adversus Satanas classica vana crepat.

10.

SAMSON.

Vos maxilla ruat turmas asinina minutas,
Quas Cauri paleas more rotantis ago.
Non homo bellabit mecum; miscete leones
Prælia, vix tali ludere Mare meum.

11.

DAVIDES.

NE tantum, Centaure, tuis affinge lacertis,
Cervicem pavitent si licet astra tuam,
At mea funda nihil: quã, ne prius astra laceſſas,
Aut parvum severtas Bestia crassa polum,
In tua desubitas operantem tempora mortes
Mitto, jaces? jacias nunc Polypheme minas.
Fidere, victurum gliscenti dedecet ensi,
Aq; lacertoso spem posuisse viro.
A solo manat Victoria Numine, quod dat
Sæpè per infantem procubuisse viros.

12.

HELIAS.

Macto Baalicolas, me calite vindico flammâ
Irato mutos differo rege Deos.
Omne odium in sese mundi contraxit Elias,
Orbe nec ulterius vivere dignus erat:

Dum

*Dum superi ignivomo fumantes nare Caballi,
In cœli rapidis curribus alta vebant.
Indefesse Dei tu perge opus hostica ridens,
Hospita ni tellus, Patria fidus erit.*

13.

JOBUS.

Ipsa suam hîc fixit patientia nobilis arcem:
Hûc, quisquis patiens non potes esse, veni.

14.

ESAIAS, HIEREMIAS, DANIEL.

Ne quisquis divâ stas calice præco Cathedrâ,
De sanâ cedas Relligione, minis,
Te mea Serra monet, mea te lutulenta lacuna,
Te leo pellectus in mea pabla fami.
Non aliâ cœli venabere sorte Corollam,
Sulphureum molles at diadema manet.

15.

IUDITHA.

Quê vix ausus erat Mars ipse laceffere bellis,
Invictum, victum cat mea Forma ducê,
Enectumq; manus: varijs Deus utitur armis,
Mollis ei, si vult, foemina miles erit.

16.

IUDAS MACAB.

Legis amor, Zelusq; ignescens armat Judam,
Ferventem patrijs adseruisse decus

Legi.

*Legibus antiquum: rabies simul Antiochenā,
Isacidūm pergīt tollere reliquias.*

*Hinc cape, ne pecces, viva exemplaria sancti
Militis, & magna, Martis alumne, fibræ.*

17.

FRATRES VII.

GLutinat unica nos septē Concordia fratres,
Quos unā unanimes mors tulit una die,
Regis ad imperium terræ, miscere minacis
Æquor, & adversus bellicrepare DEUM.
O utinam simili victorū adamante, per orbem
Esset adhuc fratrum nobile seminium!
Sic quoties ignes, mare, Thrax, & Iberius instāt
Mucro, cupirēmus pro pietate mori.

18.

Joh. Baptista.

TRuncato, plausūs se regia Scorta, Jobanne,
Effundunt plenis Oceano agminibus,
Fulmineæ securatula, vocisq; tremenda
Grandinis in Regis facta nefasta sui.
Hoc aula pietatis habent, pietatis ut omni
Sublato, impunes vivere, jure velint.

19.

Paulus vas Electionis.

Desieram Saulus, mox gratia desijt orbis,
At Paulum mundi publica pestis agit,
E Hoc

Hoc erat, o JESU, quod me Solymaicus error,
 Præconem vidit Nominis esse tui.
 Heu quoties trucibus variari terga flagellis,
 Et lapidum umbrari flebile nube caput!
 Naufragij quoties genus exanclarier omne, &
 Neptune, armentis babula nare tuis!
 Bella quot infestis conferta leonibus esse!
 Quot mala, quæ non est dicere solis opus,
 Paulinæ semper cervici incumbere? sic est,
 Confessum JESU Nomina salva sui, (nes:
 Orbe manet merces: mare, saxa, flagella, Nero-
 Qui Christum didicit, discat & ista pati.
 Non fat enim patulo verum testarier ore,
 Quisq; potest: Verus sanguine Martyr eris.

20.

PETRUS.

CRUX Præceptoris fuerat mors: Est mea mors
 crux:
 Quo mihi quid letbo dulcius esse queat?

21.

G. HEIMBURGIUS.

EXcludit cœlis animam mihi Papa, nec illã
 Excludis gremijs optime Christe tuis.
 Hæc Papa ridiculus Cœlorum clausor, ut illos,
 Quando alijs claudit, claudat & ipse sibi!

10.

JOHAN. HUSS.

NE teneras *Papæ mordaci radito verò*
Auriculas, ventri qui favet ipse suo,
Nil animæ pendens, & habens sus deq; salutis.
Hoc si fecisset, viveret Hussus † adhuc,
Cujus nunc cineres per & æquor & aëra jacti,
Quod steterat verum dicere, causa fuit.


[Versus intelligendus de tempore Martyrii
 nec enim ad ducentos annos victurum esse
 Hussum, crediderim.]

LUTHERUS.

SI nō mundus habet, saluum quo sistat ab iris
Ridiculæ bullæ, Romula Caula, tus:
Nesciat ergo locum Deus? ibo, stabo, fatebor;
Omne sit examen styx ut in urbe tuum.

Ultra 30. adhuc Athletas omisi, verum amisi.

THO.



THOMÆ KEMPFERI.

LACRYMÆ.

I. LACRYMA.

Exequijs CHRISTIANI II. Electo-
ris Saxonix.

Ergò nec in Divos homicida pollicis ictum,
Et superùm sobolem mittere fata pudet!
Ergò pari regum turres, Iriq; tabernam
Calcatum passu nex violente ruis?
Saxonides pulla velantes ora Cupressu,
Decussis Musæ, dicite fata, lyris,
Fata patris vestri, clypei, tutoris, asyli,
Festinata citis funera flete rotis.
Gemmea jam verno messis flavescere campo
Spes, pia ruricolùm vota calere seum,
Atq; Johannei celebrari Jubila festi,
Jubila cum lacrumis nubila facta novis,
Cum, dolor elinguem tenet hæc renovare volentem,
Et vox à fletu decidit immodico;
Dresda tumore repente sonora, gelata pavore,
Mortem intra muros audijt esse suos:
Serpere per dubium formidinis aura Senatum
Cepit, & ad primam plebs titubare tubam:
Donec ab arce mali portendit Musica signum,
Musica lætificis jussa silere modis,

E 3

Finis

*Funere aq, comas evulsas nubere taxo,
Ac querulo exequias ire tenore Duci.
Hoc ubi per Patria delatum personat oras,
Attonita est tanto visa rigere malo.
Caesariem fædo cinerum turpata lavacro,
Ejaculata oculis larga fluentia suis,
Omnibus indixit funesta Feralia terris,
Iussit & atratis texere fana notis.
Harmonia excussis obmutuit anxia sistris,
Nec licuit Choras necere virgineas.
Flebile sola suo tinnit Campana boatu,
Et miserere mei Musicus ordo trahit.
Hæc fieri terris. Cæli nunc signa dolentis
Accipio; continuo triste madore cadit.
Sol latitans nebulis hebetat sua tela: sororis,
Pallida cum reliquis ignibus ora silent.
Fulgura dividuis erumpunt nubibus, axis
Mugit, & infestus creditur esse Deus,
Qui nos extincto multatum principe fontes,
Mactatum dubijs, nec venit exitijs.
Heu mihi, Christiada quæ non mors signa malorum,
Quam pestem, quæ non bella futura canit?
Nec leve enim flores ita deslorare juventæ
Principis, & plenas vellere fata Rosas?
Momento vivit, momento vixit: & horâ,
Quâ rubet, & pallet; quâ stat & ecce cadit!
O hominum emollire rigor, Saxosa propages,
Lacrumulis animi solve adamantæ tui:
Et ferulam exosclate poli, resipisce! Recenti
Principis à casu pœna timenda recens.*

POLYCARPI LYSERI I. D. Theol.

Saxon. primarij Epitaphium.

DUm vivis, vivâ Polycarpus voce fuisti,
 Dum morere, in libris es Polycarpus ad-
 Ergò tuis hilum letatur Romula fatis (huz,
 Hydra; tuo libri fortius ore tonant,

III.

EXEQUIS HUTTERIANIS.

HUTTERUM terrisq; tibiq; Ecclesia luges
 Ereptum, mundi non sine clade caput,
 Non sine clade tuâ: vidueque more phaseli,
 Amisso nescis per vada rege regi,
 Monstra marina natans, & Syrtes inter Averni,
 Ac trepidans salsas jam bibitura neces,
 Quæ, nudata velut custodis ovilia fidi
 Robore, nocturnis & treme facta lupis,
 Hereticis etiam fieri ludibria larvis,
 Huttéro tecum non vigilante, times:
 Et merito! Nec enim Lutéria fata secutos
 Constat ei palmam præsecuisse duos,
 Palmam enodandi germano Oracula sensu,
 Fucandi dubijs nec mera vera strophis:
 Palmam exarmandi fulmen papale Cinædi,
 Cujus ad obscenos Roma dat oscula pedes:
 Palmam enervandi tumidi deliria Calvi,
 Qui nitidâ adversus flat ratione Deum,
 Martini testor Cathedram, quâ Leucoris illo
 Nectareo angelicos imbibit ore favos!

*Te testor vivacis opus Concordia crenæ,
Quo capvus victum, seq̄, Suisa dolent!
Jure igitur, terrisq̄, tibiq̄, Ecclesia lugens,
Ereptum mundi non sine clade caput.*

IV.

Denato VV E I N R I C H I O Theolog.
& Professore Lipsiæ celeberrimo.

Lipsia si dices fors amisisset acervos,
Nubibus æquata, vel tabulata domus,
Possit id exiguum, damni, sine fletibus esse,
Nec quod jacturæ nomen habere putes.
Lipsia sed cum te, Weinrichi, amisit, id omne
Est damnum, lacrumis flebilibusq̄; suis:
Illa quod elapso reparantur tempore parvo,
Te nullæ poterunt sic reparare dies.

V.

Epitaph. CHRISTOPHORI RICH-
TERI J. U. D. C. S.

Est mihi denato jam principe vita superstes,
Et tamen ante cavâ Saxona mergor humo.
In cælis prior ille fuit, prior aſt ego terris,
Nunc sub humo ambo sumus, nunc super astra su-

VI.

Epitaph. TAUBMANNI Poët.
Incomparabilis.

Quo non majorem vidit Witeberga, Poëtæ
Parvulus hâc tumuli clauditur çde cinis,
Men-

Mente tenus nullo sepiri limite mundi,
Invidia nullis carceribusque potest.

VII.

Epitaph. THOMAE KEMPERI.

Hac Pater ecce patris compositus in aede quiescit,
Exitus ex illa non patris ante patri,
Quam patrum pater ipse poli patefecerit aedem,
Jusserit & Patris cum patre vixit patrem.

VIII.

Super denatum CHRISTIANUM
KEMPFERUM aqua Calente suffo-
catum.

Sic adeo nulli nex exorabilis aeo.
Sic nullum vitat, trux Libitina caput?
Mista pusillorum densantur funera, cano
Cum grege, cum solido prima juventa viro:
Nec suus infantes vitæ sine sordibus annos
Innocuum fatis flos sinit esse genus,
Multo secla minus crasse sibi conscia labis,
Et nullâ tritas cum pietate dies,
Ex adamanteâ Parcarum lege citatas,
Turpiculum, mortis false levabit, opus.
Omnes una manet nox, omnibus una sub umbras
Est via, nec puero, nec fugienda seni.
Sic vetulos, Austro bacchante per aëra, truncos
Exesum labi verme videmus onus,
Sic masclam solido diffringi robore quercum,
Sic plantæ flari brachia primigenæ:

E 5

Sic

Sic equâ florum curtari falce senectam,
Et lepida pubem, Sirio hiante, rosa.
Tu quoq; talis eras Rosa, flos, fratercule, vite,
Portio pectoribus dimidiata meis,
Mustale sacrisfluis, Christianule pupule, lymphis:
A sotere tuum nomen a depte tuo.
Ulbera jam carpis nutritia Parvule, matris
Plena bibisq; tuæ somnia mille sinu,
Plesuta semiloquo mox hinc tertiata fritinnis,
Delicium patribus, Christule, verba sono
Quò genetrix tendit, reptans simul, & sua parvo
Munia sollicitæ magna labore levans;
Cū (meminisse trucē refugit mens squalida casum,
Omnibus & fatum flebilis lacrumis.)
Flammatus fervente ruens Neptunus ab ollâ,
Suffocat fluctu triste calente caput.
Non aliter primo gradibundam litore Cymbam,
In medias raptam nox inopina neces,
Præcipitare solet; salis eruta marmora spumant,
Illaq; sub salsis dilaceratur aquis.
Heu fuit illius quàm nubila lucis imago;
Lux præ Cimmerio lurida tota chaos!
Quâ spes Kempfri adum pallentibus occidis umbris,
Quâ misces luctu tecta paterna gravi!
Ab consternatam sicco quis lumine matrem,
Vidit & exanimi turbida corda senis?
Nec nova: morte tuâ tantum doluisse parentes,
Ex vitis quorum pendula vita tuis,
Vix id inhumanos lethum potuisse leones,
Et tragicos siccum credo videre lupos:

Vix

Vix lapides sine sensu ipsos, lapides sine motu,
Quos visum est fatum triste movere tuum:
Purpureos mistâ flavedine flamma capillos,
Et cutis ex omni corpore tecta secat,
Nulla super fronti species, sic decolor igne;
Omnis ut à toto fugerat ore color.
Quicquid eras, nisi nigror eras, nisi flebile spectrum,
Præter & humani corporis umbra nihil.
Fuaereâ, tetrico cum lessu, conderis urnâ,
Conducuntur tecum, vota, spesq; domus.
Ipsus ego tecum videor mihi raptus abisse
Ad plures, uno massa sepultâ cavo,
Quem, spe delusus, video, non, morte peremptum,
In studijs fratrem vivere posse parem!
O damnatam olle testam, quæ funerat uno
Spes Athletarum, gaudia, vota, die!
Jam mecum in studijs vitæ ver dulcibus iret:
Jam coleret Musas Religionè pari;
Iam geminâ, Divas trieteride, Misnidas, actâ,
Lipsiacis mecum verteret Aonisin:
Sancetâ hausturus ibi monumenta verenda senectæ,
Atq; rigaturus fontibus ora sacris.
Tum quid in Argolicis latet memorabile thecis;
Tum veteres Latij floridioris opes,
Mente reposturus memori: post æmula magno
Gauderet vatum metra tonare Deo;
Aut mecum mentis Solatia conderet agræ,
Aut gemeret sanctæ funera Iustitiæ.
Hæc rapis olla calens Athletis omnia puncto,
Quæ nulli poterant sic abolere dies.

O fv.

O fatum præceps! ô rerum lubricus ordo!
 O passu nimium nex celerata cito!
 O quò me fratrem nunquam rediture relinquis.
 Parvule, non precio, nec revocande prece!
 Stant adamantæ seræ rigido, nec lanificarum
 Fas ulli Divum pensa retexè viro.
 Tu, licet æterno conquestus Carmine fratrem,
 Mi frater noctu, Chare, dieq; gemam;
 Ad mea surdus eris Christianule mustule, vota.
 Jam cales vitæ non melioris eges,
 Immundi meritò damnans contagia mundi,
 Inter ovans superos gemmula postea sinus.
 Hic actum est! ergò faciundus jure querelis
 Est modus, & luctûs signa movenda nigri;
 Gratatum potius metri melioris eundum,
 Fraternali cælo sortibus, auspicio;
 Optandumq; simul; quo tu, Fratercule, vivis,
 Me jubeat secum vivere Jova brevi.

F. F. T. C. K. K. T. C. M. T.

IX.

Epitaph. Sororculæ natæ denatæ
 simul meæ.

EXeo vix terris, in terras jussa redire,
 Unis sumq; unis mominibusq; fui.

X.

Hoc Epitaphiolum, hoc monimen-
 tum ipse mihi posui. 1615. 28. Sept.

HAnc animã tibi reddo Pater, mater tibi corpus:
 Terra mihi mater; Christi mihi pater es.

FINIS.

Supersunt multa alia ingenij, & juven-
tis meae Catargmata, quae potuissem nocti, ti-
neisq; eripere, nisi haec ad veris poëtici qualem-
qualem gloriam sufficere, Magnis Viris visa
essent. Sunt illa:

MARTYRIUM.

ECLOGÆ.

DELICIAE.

SOLEMNIA.

PSALMI.

DULCIS AMARITIES.


GALATEA.

GRÆCA EPIGRAM. è LAT.

TYRTÆUS LATINUS.

LUTHERUS JUBILANS.

MUSÆUS ROMAN. & aliæ nugæ. Qua-
rum eâ de causâ hic mentionem facio, ut nostri
temporis Thraconibus constet, & me in puer-
tiâ præstitisse, vel præstare potuisse, quæ sibi
laudi sempiternæ ducunt, à pueris, ut glo-
riantur, olim cantata.



INDEX

INDEX TITULORUM.

A	<i>Abraham Athl. c.2. Elias</i> <i>Aëris serēitas S.22. Elisabet.K.Epitaph. L.9.</i> <i>Anima humilis S.46. Epitaphium meum L.10.</i> <i>Angelus & pater S.47. M. Erasmus Schmid Pro-</i> <i>Athleta nomen S.24. fess. Witt. S.21.</i> <i>Aurora musis amic. S.50. Esaias</i> <i>M. August. Preulius S.22. ex Eubulo</i>	<i>A.12.</i> <i>L.9.</i> <i>L.10.</i> <i>S.21.</i> <i>A.14.</i> <i>S.44.</i>
B.	<i>Bibadelphus. S.53.</i>	F.
C.	<i>Calumniator poëseos O.6. ad Fratrem, cur fabulis</i> <i>Calumnia Tabula. S.42. abstineat</i> <i>Carens Infamiae fil. S.43. Fratres VII. Maccab. A.17</i> <i>Censores. S.55. Frid. Taubm. Epitap. L.6.</i> <i>Ad Christum S.1.2. Fulvia. S.40.</i> <i>Christus Θεωσθησων. A.1.</i> <i>Christ. II. Eledt. Epit. L.1.</i> <i>Christ. Kempf. Epit. L.8.</i> <i>Christophorus Richteri D. Gregorius Heymb. A.21.</i> <i>& Consil. Epitaph. L.5. Georg. Weinr. Epit. L.4.</i> <i>Coronatus Hybrus S.25. Gulielmus à Kockritz. Eq.</i> <i>de Crucibus, Virgâ, & fer. Misn. S.8.</i> <i>ro in caelo appar. S.54.</i>	Poët. Meliss. S.19. S.23. A.17 L.6. S.40. A.1. S.49. A.9. A.21. L.4. S.8.
D.	<i>Daniel</i> <i>Dauides</i>	G.
E.	<i>Ehud</i>	H.
	<i>Henr. Kempf. parēs. S.41.</i> <i>Henr. Kempf. J. U. D. O. 50.</i> <i>Ejusdem Invidia. S.56.</i> <i>Hieremias. A.14.</i> <i>Horatij illud: plerumque</i> <i>modestus, &c. S.57.</i> <i>Hyl-</i>	S.41. O.50. S.56. A.14. S.57.

Hyllus. S. 43. Patria sup. ann. Car. S. 31.
 I. Patria caelestis. S. 36.
 Jan. Georg. Elect. Sax. O. 1. Pauli S. Melissi elog. O. 2.
 Joach. à Loff. Eq. M. S. 4. Paulus Elect. Org. A. 19.
 Jacob. A. 4. Peccator. S. 24.
 Jesuita. S. 39. Petrus. A. 20.
 Job. Baptista. A. 18. Philip. Müller. Med. Lic.
 Johan. Huss. A. 22. Mathem. Profess. S. 20.
 M. Johan. Bech. S. 16. 17. Pol. Lys. SS. Tb. D. Sp. L. 20.
 Jobus. A. 13. Poëta 6. Selectiss. S. 27.
 Iosephus. A. 5. Pol. Lys. II. SS. tb. D. S. 9.
 Iosua. A. 7. Poëta Quidam. 60.
 Judith. A. 15. in Pusionem. S. 59.
 Iudas Maccab. A. 16. Q.
 I. C. Scalig. elog. O. 2. S. 18. ad Quendam. 26.
 Iusti Lipsij cent Epist. O. 5. R.
 L. Rose è tum. Frischl. S. 58.
 Leonb. Köp. J. U. D. S. 9. S.
 Leonb. Hutt. SS. D. S. 10. Samson. A. 10.
 Leonb. Hutt. Epit. L. 3. Scarrus. S. 34.
 Libelli Solatorij. S. 29. ad Spiritum S. S. 3.
 Logica. S. 2. T.
 Lorbus. A. 3. Thom. Kempf. avi Ep. L. 7.
 Lutherus Jubilans. O. 7. Tonitru. S. 39.
 Lutherus Athlet. A. 23. V.
 M. Val. Hart. P. & M. D. O. 4.
 Mavins Sylvanus. S. 47. Vict. Streit. C. Pal. D. O. 2.
 de Me meisq. studijs S. 38. Vinc. Schm. SS. T. D. S. 11.
 Moses. A. 6. Virg. Mantuanus. O. 3.
 P. Vitæ aternæ desider. O. 8.

F I N I S.

Errata corrigenda.

OD. 1. stroph. ult. vers. 3. an pro Quid. od. 2.
stroph. 4. legend. vice provia. Et stroph. 8. im-
pete non implete. od. 6. stroph. 2. nebulas, non nu-
bil. Sol. 16. quibus pro quid. Sol. 20. sumis, non su-
mas. Sol. 27. pabula non papula. Sol. 58. sacro non
saro. Atbl. 4. secum. vers. 1. Sol. vis non mis. 19. pa-
bula non pap.

4776

CC 2680

ULB Halle

3

006 765 017



VD 7





VER POETICUM,
THOMÆ
KEMPFERI
Baudéi.


J. C. S.
l. 3. Epidorum, p. 173.

*Quid vulgus iners sentiat, occinatq; de re:
Pax. Bulla tumens futilis, & tippula rumor.*

HALÆ-SAXONUM,
Typis Christophori Bismarci, sum-
ptibus fraternis.

Anno M. DC. XVII.

Venerabili seni Domi



Farbkarte #13

B.I.G.